

Das Brixner Domkapitel an NvK. Sie beklagen sich barsch über das vom Papst verhängte Interdikt und fordern NvK auf, für eine Einstellung der Maßnahmen gegen sie zu sorgen. Das Interdikt sei ungerecht, unwirksam und bringe sie und den Klerus in große Gefahr. Es sei zu befürchten, dass wie in Böhmen Kirchengut geplündert werde. Sollte NvK den Forderungen nicht nachkommen, werde man publizistisch gegen ihn vorgehen.²⁾

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Codex Handlung (ehemals: INNSBRUCK, TLA, Cod. 5911) f. 158^r-160^v (= H³); ebd., Cod. 3 (Acta Concordiae) p. 68-70.

R^{me} pater et domine. Post recommendacionem etc., obedienciam et reverenciam debitas et devotas.

Ad unum ex confratribus nostris pervenit⁴⁾, quomodo verisimiliter aliquid factum sit contra nos tamquam contra capitulum et non scimus, per quem modum et an sit interdictum iuris contra nos declaratum seu aliquid aliud factum. Quare, ut redderemur de hoc cerciores, constituimus vestre rev^{me} scribere paternitati. Si s^{mus} d. n. papa hoc fecisset, videretur nobis indignissimum, quod aliquid in preiudicium nostrum fieret nobis non vocatis nec auditis. Cum tamen alias per d. licenciatum magistrum Leonardum de Nêtz⁵⁾ s^u sue dici fecimus, quod vocaret aut audiret, si quid diceretur contra nos, et id sua s^{tas} se facturam annuit.⁶⁾ Eciam paternitas v. r^{ma} merito nos deberet excusare: Fecit enim capitulum a die ingressus vestri ad ecclesiam, quicquid pro vobis potuit, et absit, quod aliquis possit cum veritate dicere, quod umquam paternitatem v. rev^{mam} offenderit, ymmo incomoda multa et maxima propter vos sustinuit 10 et hodie sustinet. Si paternitas vestra deberet esse adeo ingrata et permetteret seu faceret nos exponi periculis, hec quidem esset crudelitas permaxima. Sine dubio populus adeo est molestus clero, si non fierent divina, persone essent insecure, ymo insecurissime pro hac temporum condicione. Et census non solverentur ac derobacio bonorum ecclesie fieret et posset de bonis clericorum ita evenire, sicut in Bohemia actum est. Et ex cuius culpa ista omnia contingerent, suo tempore clare ostendere possumus. 15

Si dicitur nobis: „Cur non receditis? Vos timetis perdicionem temporalium?“ Sine dubio pocius recederemus, sed non esset honestum recedere, ex quo non peccavimus in aliquo. Nec interdictum iuris hic umquam fuit nec est, quare nec declarari seu poni debet, quia nec hic sunt nec morantur excommunicati. Quomodo satisfaceremus iuramentis nostris, quibus iuravimus totis viribus ecclesie utilitatem procurare velle? Si recederemus, desereremus ecclesiam et pauperes clericos civitatis subiectos decano 20 nostro. Et ecclesia irrecuperabilia dampna reciperet. Sic deserere eos et ecclesiam et periculis exponere nedum esset impium, sed et nephandissimum.

Si aliquid contra nos est factum, de cuius contrario sperandum est, faciat paternitas vestra rev^{ma}, ut hoc tollatur. Ita rogamus, obsecramus et instantissime petimus. Et erimus gratissimi et faciemus quicquid possumus pro v. r^{ma} paternitate. Si autem non fieret, tunc cogeremur lamentari et palam dicere ea, que 25 potius silencio tenere vellemus. Sumus quidem ecclesie ad multa obligati et eciam v. r^{me} paternitati libenter serviremus. Si paternitas vestra non permetteret sibi quicquam dici de nobis sinistri et audiret nos graciose, valde bonum esset, sed propter quandam litteram alias nobis missam⁷⁾ satis convicimus multa falsissima de nobis dici vestre paternitati. Conficta enim omnia sunt que in eadem vlgari littera descripta et ad vestram paternitatem sunt delata.⁸⁾ Et si opus fuerit, taliter honorem nostrum defendemus, quod 30 totus mundus innocentiam nostram agnoscat.

Pacientiam hucusque habuimus. Rogamus tamen, ut paternitas vestra in futurum a talibus absteineat. Vellemus valde libenter esse pacifici, et nequaquam libenter opponimus nos superioribus nostris, signanter uni ex reverendissimis d. cardinalibus, qui propter sui status excellenciam valde nocere nobis potest. Sed paternitas vestra hoc evitare debet, quia fecimus pro paternitate vestra plus quam debuimus. Quare 35 deberetis nos omni caritate fovere. Sed si non cessatis nos turbare seu inquietare et minime vltis recogitare, in quali periculo fueritis et nos omnes et quod nos similem a laicis et populi furore cottidie propter censuras vestras expectamus, sine dubio videbitis ulcionem divinam contra nos sevire et in proximo vobis proinde multa mala im(m)inere. Quis enim innocentiam perdere volens umquam impunitus evasit. Nolite

10 paternitatem: a.R. korr. aus gestr. paternitas H. 15 clare: folgt gestr. omnia H. 16 nobis: ü.d.Z. H.
20 desereremus: ü.d.Z. korr. aus deserimus H. 28 propter: ü.d.Z. H. 38 proximo: prohemo A, ü.d.Z. korr.
statt gestr. prohemo H.

40 malorum perswasionibus aurem accomodare, sed nos recommissos habete, et effcite, ut interdictum et
quitquit nobis et ecclesie possit esse molestum, evitetur. Comparari velitis nobis, qui fuimus pro factis
vestris iam pluribus annis valde tribulati et in multiplicibus fuimus propter vos periculis.

Si adderetur afflictio afflictis, intelligere potestis, quorsum finaliter hoc tenderet. Faceremus pro ecclesia
libenter, quod possemus. Et dummodo utile esset seu ecclesiam relevaret perdicionem temporalium
45 nostrorum, non curaremus. Sed non videmus per istum, quem tenetis, modum profectum. Per censuras
et rigorem nichil boni facietis pro ecclesia. Causas suo tempore dicere oportebit. Speramus tamen, quod
paternitas v. rev^{ma} nos relevare et, que hiis scriptis instantissime petimus, efficere et per presentem
nunccium⁹⁾ graciose rescribere velit. Datum in die s. Ruperti, que est vicesimaquarta septembris anno
etc. lxi^{mo} (!).

44 libenter: *em. liebenter H.* 45 profectum: *ii.d.Z. korr. statt gestr. perfectum H.*

¹⁾ Die in beiden Kopien angegebene Jahreszahl 1461 wurde aufgrund der Stellung in den Handschriften und dem Ablauf der Ereignisse emendiert.

²⁾ NvK antwortete hierauf am 11. Oktober 1460 mit der Cedula Nr. 6369, die dem Schreiben des Simon von Wehlen Nr. 6368 beigelegt wurde. Hieraus geht hervor, dass Nr. 6362 als *littera clausa* ausgefertigt wurde. S. Nr. 6368 *Anm. 1.*

³⁾ Über dem Text im Anschluss an Nr. 6363: Item capitulum per eundem nunccium, videlicet Leonardum scolarem, ex parte interdicti scripsit domino cardinali in hunc modum. Unter dem Text: Item d. cardinalis nullum illorum fecit, que petita fuerunt, et responsum paternitatis sue non venit ad capitulum.

⁴⁾ Vermutlich gemeint ist Michael von Natz, dem NvK mehrfach geschrieben und päpstliche Bullen übermittelt hatte; s.o. Nr. 6322 (1460 September 1) und zuletzt Nr. 6355 (1460 September 15). Auch Simon von Wehlen hatte aus Belluno päpstliche Bullen an das Kapitel weitergeleitet; s.o. Nr. 6330. Dem Kapitel war der Wortlaut der hier angesprochenen Bulle Nr. 6293 (1460 August 15) sicher bekannt, wie auch aus der Appellation Nr. 6361 (1460 September 21) hervorgeht.

⁵⁾ Leonhard von Natz, *lic. decr.*, Pfarrer von Cembra, Neffe des Domberrn Michael von Natz. Zu seiner Gesandtschaft zur Kurie s.o. Nr. 6225f., 6237.

⁶⁾ Das Kapitel interpretierte das Schweigen Pius' II. als Zustimmung; s.o. Nr. 6237 Z. 21-23.

⁷⁾ Offenbar gemeint ist der auf Deutsch abgefasste Brief vom 19. Juni 1460; s.o. Nr. 6249.

⁸⁾ S. *Anm. 7.*

⁹⁾ S.o. *Anm. 3.*